

1542. die 1. Aprilis

Sigismundus I. Rex Polonie  
Joachimo Marchioni Brande:  
burgensi Genero suo.

57

Ex literis Illustratis vestre co:  
gnovimus, quod iam illi prorsus Deli:  
beratum sit, quam semel atque ite:  
rum Detrectavit Supremi Exercitu:  
um Ducis Provinciae eam jam tan:  
dem suscipere, quod faustum illustri:  
tati vestre felix, et fortunatum, ut  
sit precamur, ac plurimum illi gra:  
tulamur, quod recusanti tantus ho:  
nos Defertur, qui cum magno sit  
periculo conjunctus, etiam atque  
etiam pro paterno animo nostro Illu:  
stritatem vestram Diligenter horta:  
mur, ne quod se in Discrimen teme:  
re conijciat. Sed priusquam aliquid  
sibi faciendum putaverit, et suas  
et hostium vires metiatur Severissi:  
me quoque regine Hungarie ra:  
tiones pro virili sua, ut adputos  
velit rogamus. Neque vero Dubi:  
um nobis est, quin Illustrissima Con:  
jux Illustratis vestra, filia  
nostra charissima dolenter latu:  
ra, magnoque sit in merore futu:  
ra, si quid Illustrati vestre man:  
datur munus id obierit. Quare  
quod a nobis postulat faciemus  
libenter, et gratum hominem ad

eam



eam mitemus, qui nostro nomine  
eam consoletur, ac Dolorem ejus ni:  
liget, quem quidem non posterius  
quam hunc Illustratis Vestre Nun:  
cium venturum speramus cui manda:  
vimus, ut ex perscripto Illustratis  
Vestra conjugem, illius, filiam nostram  
charissimam consoletur, qui que:  
inadmodum se genere Debeat ipsa  
Illustritas cum instruct, ad que maxi:  
me ad leniendum, cum merorem ac:  
commodatam esse putaverit, his  
ut utatur jubebit. Nostro enim  
jussu, nihil nisi, quod visum erit.  
Illustrati Vestre et dicet, et  
faciet, que si omnino Provinciam  
hanc supremi Ducis susceperit,  
precamur Dominum nostrum Jesum  
Christum, ut prosperas et felices  
Illustratis Vestre successus tri:  
buat, quo cum victoria et trium:  
pho Domum redire queat, nihil af:  
fecta hac etate nostra nobis au:  
ditur jucundius accidere possit. Vil:  
ne die prima mensis Aprilis  
Anno Domini Millesimo Quingen:  
tesimo Quadragesimo secundo.